

TABVLA RECITATIONVM

IN
ACADEMIA LVDOVICIANA
PER SEMESTRE HIBERNVM
A DIE XIII. OCTOBR.
CICIDCCCLXXVII.
IN CHOANDARVM.

RECTOR
ACADEMIAE LVDOVICIANAE
D. LVD. IVL. FRID. HOEPFNER
CVM SENATV.

L Pomponium, legatum, auctum esse honoribus triumphalibus ob Catos strenue devictos, Cornelius Tacitus Lib. XII. Annalium cap. 28. refert, addito hoc insigni elogio: Modica pars famae eius apud posteros, in quis carminum gloria praecellit. Ortus scilicet erat Pomponius gente, quae, multorum poetarum prouentu nobilis, L. Pomponio v. c. comico haud contemnendo, atque Pomponio Secundo tragico poeta gloriabatur. Quomodo autem interpretandum sit Taciti de ingenio eius poetico iudicium, ambigi omnino potest. Dubium enim videtur, num Musarum in castris magis Pomponium claruisse censeat, quam Martis in ludo, an posteros putet gloriam carminibus quaesitam omnibus triumphis decoribus praeferre. Pro sententia illa in medium proferri possunt notissimi illi atque elegantissimi Horatii versus:

---- Neque res bellica Deliis
Ornatum foliis ducem,
Quod regum tumidas contuderit minas,
Ostendet capitolio.

Hanc vero, quam nos quoque sequimur, opinionem poetae eiusdem Oda tueri videtur, quae incipit: Exegi monumentum aere perennius. Posteritas nempe, quae, Rhadamantho atque Aeaco similis, non strepitu armorum atque populi plausu attonita, non fulgore spoliatorum atque pompa triumphis occaecata, sapientes viros atque sacros vates fortissimo cuilibet duci ac felicissimo victori anteferre atque subscribere huic dicto solet:

Cedant arma togae, concedat laurea linguae!

Quamuis enim in historiarum monumentis summis plerumque laudibus efferantur res in bello praeclariter gestae: posterius tamen aliorum accipiunt testimonio, quum carminum contra praesentiam suis ipsorum oculis contemplantur admiranturque. Sic Kleistii in bello gloriam aliorum auctoritate freti celebramus, dulcissimis eiusdem carminibus ipsi fruimur. Sentiant nepotes vim illam diuinam, qua ingenium poeticum omnibus aliis animi dotibus praecellit, atque ducem bellicum vsu magistro praeceptisque effingi posse, poetam ipsius naturae donis exornari, persuasum sibi habent. Celebratissimum inter Romanos imperatorum magna extiterat copia, antequam Musarum fauor Quiritibus arrideret. Pari modo hodie innumerorum virorum nomina silentur, qui, ut cum Horatio loquamur, consulta patrum, qui leges iuraque seruantur, qui corpora civium sana & mentem sanam praestitere, qui castum numinis cultum tuiti sunt; quum monumenta eorum saeculis commendentur, qui Bacchi gaudia praeliaque virginum occiderunt. Attat non famae celebritas, quam perennem pauci consequuntur, non laudum cupido excitare industriam nostram debet, verum ipsa peracti officii atque tranquillae mentis voluptas. Interiere ipsa L. Pomponii, celeberrimi vatis, carmina, multisque aetatis nostrae poetis acclamandum videtur:

O formose puer, nimium ne crede colori,
Alba ligustra cadent!

Quare, *cautissimissimi consiliones*, nolimus fumum captare, nec inhiemus immortalitati, cuius nullus plane nobis sensus erit. Absque omni potius praemiorum cupiditate operam natemur litteris, vigilate atque incunditate ipsarum alleciti! Nos quidem docendo praecipimus, aegedum sequimini discendo!

LECTIO.



LECTIONES THEOLOGICAE.

D. IO. HERMANNVS BENNER, *Acad. Senior.* *Notitiam salutis* intra semestre spatium absoluendam, eodemque temporis tractu *theologiam practicam*, docebit ex utroque suo compendio: ad *historiam ecclesiae* Noui testamenti *antiquitatibus sacris* fecundam, e compendio *Pfaffiano*, & *exegetin epist. ad Theffalonienfes* aeque paratus. Horas designat ante merid. XI-XII. post merid. IV-V.

D. IOHANNES GEORGIUS BECHTOLD elapso semestri aestivo lectiones suas *dogmaticas, critico-hermeneuticas & symbolicas*, vna cum collegio *examinatorio*, & *exegetico* in epist. Paulli ad Colossenses ad finem perduxit. Per menses hibernos *publice* perget exponere *epistolas Paulli ad Ephesios, Philippenses, & Philemonem*. *Privatim* hora VIII & X. *Heilmannianum Theologiae dogmaticae compendium* de integro praeleget, hora II. Ven. *Lessii systema theologiae moralis* h. a. recens editum, interpretabitur, ad lectiones *Pfaffianas anti-deisticas*. vel quoque Ven. *Noeffelt* demonstrationem veritatis religionis Christianae aeque, ac ad disputationes theologicas, sive publicas, sive privatas, similiter paratus; modo labori sustinendo par sit auditorum numerus.

D. LVDOVICVS BENIAMIN OUVRIER. Hora IX-X. quatuor diebus per hebdomadam docebit *Theologiam polemicam* vna cum *Sectarum historia*. XI-XII. & post meridiem II-III. *institutiones theologiae dogmat.* explicabit ad ductum *Heilmanni a Danouio emendati & aucti*. Diebus Mercurii & Saturni XI-XII. e suo compendio *praecepta homiletica & catechetica* docebit. Horas II-III. post meridiem; diebus Mercurii dabit *Methodologiae theol.*

LECTIONES IVRIDICAE.

D. IO. CHRISTOPH. KOCH *Pandectas* hor. IX & XI ex compendio I. H. BOEHMERI; *Ius canonicum & ecclesiasticum Protestantium* hor. X. ex compendio G. L. BOEHMERI; *ius criminale* hor. II. ex suo compendio tradet. Die Saturni hora commoda collegium *disputatorium* aperiet.

D. CHRISTIAN. HARTM. SAMVEL GATZERT Hor. XI-XII. *Ius Publicum S. R. I.* ad *Pütterum*; hor. III-IV. *Ius priuatum Germanicum* ad *Selchouium*; hor. IV-V. *Praxin Iudiciariam* tam communem quam imperii tradet, ad scholas quoque *Iuris feudalis reique diplomaticae* denuo aperiendas paratus.

D. LVDOVICVS IVLIVS FRIDERICVS HOEPFNER. *Publice* antiquitates iuris ex suo libello hora I-II. *Primatim* historiam iuris hora IX-X. ex *Selchouio*, ius naturae hora X-XI. ex proprio libro, qui mox prodibit, denique *Institutiones Heineccio* duce hora VIII-IX. tradet.

HELVICVS BERNHARDVS IAVP Hora VIII-IX. *ius publicum S. R. I.* sexies per hebdomadam, hora II-III. *historiam imperii* quinquies, praeleget. Hora X-XI. diebus Lunae & Iouis *ius priuatum principum*, reliquis diebus eadem hora *processum summor. imp. tribunal* docebit. Singulis diebus Saturni hora I-II. *encyclopaediam & methodol. iur.* denuo tradet. Lectiones *encyclopaedicas* ad filium SCHORTII, reliquas ad PÜTTERII compendia, instituet.

LECTIONES MEDICAE.

D. IO. WILH. BAVMER, *Med. Prof. primar.* Hora IX. Collegium pathologico-therapeuticum, clementissimo SERENISSIMI PRINCIPIS iussu publice habendum, iterum aperiet. Hora XI. in b. m. Dn. Io. Zach. Platneri artem medendi singulis morbis accommodatam quotidie, consueta *angl.ßes.*, commentabitur. Dn. Medicinae Candidatis praxi clinicae adesse cupientibus largam eius faciendae occasionem suppeditabit.

FRID. AVGVSTVS CARTHEVSER, *Med. Prof. ord.* *Elementa Diætetices* ad compendium magni *Boerhauii*, ab Ill. *Delio* nuper denuo editum, hor. IX.-X. quater de hebdomade explicabit.

D. CHRISTOPH. LVDOV. NEBEL, *Med. Prof. ord.* Institutiones chirurgicas Platneri hora VIII-IX. illustrabit, operationes chirurgicas subiuncturus. Fascias chirurgicas adplicandi modum ex Henckelii Anweisung zum verbesserten chirurgischen Verband Hora I-II. docebit. Artem obstetricialem ex Steinii Anleitung Hora III-IV. explanabit. Saturni diebus praeparationem remedium in officinis pharmaceuticis extantium, eorumque utilitatem & usum, ad filum pharmacop. Edinburgensis, ex noua Baldingeriana editione tradet.

D. IO. LVD. FRID. DIETZ, *Med. Prof. P. Ord.* Per semestre hibernum Anatomem praeunte Cel. Plenckio tradet, & Hor. X-XI. XI-XII. ante meridiem praeparationibus Hor. II-III. post meridiem demonstrationibus destinabit. Collegium etiam examinatorium Anatomico Physiologicum bis per septimanam Hor. II-III. pomeridiana instituendum denuo offert. Hor. XI-XII. Medicinam forensis duce Ludwigo explicabit.

LECTIONES PHILOSOPHICAE.

ANDREAS BOEHM, *Log. Met. & Math. Prof. prim. Bibl. Acad. Praef.* H. I. *mathesin puram*; h. II. *partes priores matheseos applicatae* praeunte b. WOLFIO; h. IV. *logicam*; h. V. *metaphysicam* ad ductum compendiorum a se editorum; tempore auditoribus commodo *analysis* tam *fnitorum* quam *infnitorum* docebit. Bibliotheca publica horis consuetis patebit.

FRID. AVGVSTVS CARTHEVSER, *Philos. nat. Prof. ord.* Hor. VIII-IX. *Historiam naturalem regni mineralis*, duce *Woltersdorffo*, tradet, & praecipuas mineralium species oculis auditorum subiiciet, usum quoque horum corporum oeconomico-technicum expositurus. Hor. X-XI. praecipua Physices dogmata duce Cel. *Grant* explicabit.

M. IO. CHRISTOPH. FRID. SCHVLZ, *LL. Or. Graec. & Ant. P. P. O. d. D & Z & Q* hor. X. Grammaticam Ebraicam Michaëlianam, iisd. dieb. hor. XI. Lucam philolog. & critic. interpretabitur. — Institutiones *Anglicanas* offert hora commoda.

D. CHRISTIANVS HENRICVS SCHMID, *Prof. Poes. & Eloqu.* Hora III-IV. publice diebus Lunae, Martis, Iouis & Veneris orationes *Ciceronis* in Verrem illustrabit; priuatim Hora XI-XII. omnibus & singulis diebus *notitiam poetarum* criticam e libro suo exhibebit, IV-V. diebus Lunae, Martis, Mercurii, Iouis & Veneris *Antiquitates Romanas* e *Gruncro* tradet; denique Hora V-VI. *Historiam Catholicam* duce *Gatterero* enarrabit.

ERICVS CHRISTIANVS KLEVESAHL, *Moral. Iur. Nat. & Gent. P. P. O.* Hor. IX-X. *Ius Naturae, sociale & Gentium* *DARIESIO* duce, quo excepto Hor. III-IV. praeunte *FEDERO* reliquas *Disciplinas morales*, Hor. I-II. *Ius ecclesiasticum vniuersale* tam publicum quam priuatum docebit; quem in Horis sibi met ipsis eligendis praeter has quoque ad alias lectiones vel in *Theologiam catechetica* b. *KOECHERI* vel in *S. V. LESSII* *Demonstrationem veritatis* vel *nostrae religionis dogmatum* *Historiam* & ad *Collegia disputatoria & examinatória* instituenda Commilitones habebunt paratissimum.

HENR. MART. GODOFR. KOESTER, *Historiar. P. P. O.*, Priuatim *Historiam Vniuersalem* hor. VIII-IX.; *Statuum Europae* hor. X-XI. ad *Compendia propria, Ecclesiasticam* hor. XI-XII. ad *Comp. Moshemianum, Imperii Germanici* hor. III-IV. ad *Comp. Selchouianum*; publice vero *Literariam* hor. II-III. ad *Comp. Baumannianum* docebit, neque iis decriit, qui praelectiones in *Statisticam* vel *Heraldicam* desiderabunt.

LECTIONES OECONOMICAE.

IO. AVG. SCHLETTWEIN hor. XI - XII. docebit *Oeconomiam politicam*, ad negotia a collegiis rerumpublicarum & principum cameralibus, regiminibus, & senatibus supremis sanctoribus feliciter gerenda absolute necessarium, secundum proprium, quod prelo subiicietur, systema; hor. IV - V. pomeridiana tradet *notitiam Europae politicam*, die *Statistick*, duce ACHENWALLIO; hor. V - VI. illustrabit *capitulationem caesaream nouissimam* obseruationibus historico - politicis pragmatice.

D. IO. WILH. BAVMER hor. X. Chemiam, duce b. m. Dn. Io. Frid. Cartheusero in elementis chemiae dogmatico - experimentalis, quater de hebdomade tradet. Eadem hora diebus *Qui* & *Vni*, physicae subterraneae primas lineas, ad suas obseruationes in mineralogiae suae appendice traditas, ducet. Pomeridianae eorundem dierum horae experimentis chemicis, in laboratorio suo nouiter exstructo capiendis, dicatae sunt.

FRID. AVG. CARTHEUSER, *Elementa physica agriculturae* substrato FRANCISCI HOME eximio libro: *Grundsätze des Ackerbaues und des Wachstums der Pflanzen*, hor. XI - XII. bis de hebdomade explanabit.

ANDREAS BOEHM *Mechanicam* atque hydraulicam h. II. pomeridiana secundum b. WOLFH *Auszug aus den Anfangs - Gründen* ita tradet, vt eorum praecipue, qui oeconomicis studiis incumbunt, commodis seruiat.

D. IO. LVD. FRID. DIETZ Hor. IX - X. bis vel quater per hebdomadem; Medicinam Veterinariam, Cel. ERXLEBIO, vel alio duce, exponet.

IO. PHIL. BREIDENSTEIN, *Oeconomiae rusticae & rei calculariae P. P. O.* Deo uolente & vires largiente hor. IX. *Oeconomiam rusticam* ad ductum Cel. SVCCOVII explanabit. *Fundamenta rei calculariae* praecunte Clar. WIDEBVRGIO hora III. explicabit.

LECTIONES EXTRAORDINARIAE.

IOANN. CHRISTIAN. DIETZ, SS. Theolog. Profess. publ. extraord. Collegium homileticum in S. R. D. BENNERI theses homileticas, Sylloge thesium hermeneuticae sacrae inferuentium annexas, offert. Graeca etiam & Ebraica more consueto tradet.

IO. WOLFG. CONR. LINCK, Ph. D. & P. P. E. *Epistolas Pauli ad Corinthios & Galatas* hor. X - XI. sexies, *varicinia V. T. de Christo* hor. IX - X. bis de hebdomade interpretabitur. Hor. XI - XII. diebus Lunae, Martis, Mercurii Iouis & Veneris *libros regum* cursim explicabit: die Saturni *historiam religionis V. T. i. Plan der Vorsehung in Rücksicht auf die Zeit und Art der verschiedenen Bekanntmachungen der geoffenb. Religion*, ex altera parte der Betrachtungen über wichtige Gegenstände der Religion, quae apud Kriegerum ueneunt, enarraturus. Hor. III. *linguae hebraicae praecepta* ad filium libelli sui: *Ueber das hebraeische Sprachstudium* docebit, *Syriacas* denique aut *Samaritanas scholas* cupientibus aperiet.

Praeter ista Generosissimis Nobilissimisque Ciuibus de *luculenta equitandi, pugnandi gladio salrandique palaestra, Gallicae item & Italicae linguae scholis*, per magistros earum peritissimos, publice constitutos, abunde prospectum est.

